

A Elias Camerarius: Hujus Brandenburgensis Marchionatus exstit in Gerardi Mercatoris opere.
Elias Hofman, territorium urbis Francoforensis ad Menum delineavit, & edidit. *Ibid.* 1588.
Ethardus Reyh Tyrolensis, Palatinatus Bavarie tractum. *Nuremberga*, 1540.
Ferdinandus à Launoy, Burgundie Comitatus tabulam, quam in Theatro suo exhibuit. *Abr. Ortelius*.
Ferdinandus Alvarez Zeccus, Lusitaniam. *Roma apud Michaëlem Tramezzinum*, 150.
Florianus, Tabulam Sarmantiae, Regni Poloniae, & Hungarie, utriusque Valachiae, nequon Turciae, Tartariae, Moldaviae, & Lithuaniae partem comprehendentem. *Cracoviae*, 1528.
Franciscus Gagembergius, Galliae Belgicae tabulam delineavit, & excudit. *Colonia Agrippinae*. Præterea edidit V. Voluminibus Civitates orbis Terrarum, typis Anton. Hierat. Bibliopole Colonien. qui an. 1618. adjecit sextum volumen.
Franciscus Monachi, Mechliniens. Regiones Septentrionalis. *Antverpia apud Sylvestrum à Parisiis*.
Gabriel Simeoneus, Alimaniae tabulam, in libello inscripto, Dialogus Pius & Speculativus. *Lugdani apud Guilielmum Rovillium*, 1560.
Gellius Patentius, Spoletinum agrum descripsit, editum *Romae* 1597.
Gemma Frisius, Universi orbis tabulam. *Antverpia*.
Georgius Acaeus Enekel, L. Baro Hcheneckius, Universae Graeciae adiacentiumque regionum tabulam descripsit, ediditque una cum suo Thucyde.
Georgius Bruyn Colonienfis, descripsit Civitates Orbis Terrarum, delineatas & in V. Volumina redactas à Franc. Hogenbergio. *Coloniae apud Antonium Hierat.* diversis vicibus.
Georgius Tanefterus Collimitus, Hungariae tabulam Lazari (quam Cuspinianus edidit) recognovit. 1528. *Ingolstadii*, ex *Academia Apiana*.
Georgius Gaderus, VVirttembergensem Ducatum. *Antverpia 1575*, in Theatro Orteliano.
Georgius Hoëmaglius Antverpianus, Gadis insulam delineat. Cunctula idem Theatrum ornavit.
Georgius Jodocus Berganus, Benacum lacum depinxit, teste *Leandro Alberto*.
Gerardus Stampelius, Goudanus, descripsit Kerpenfis territorii in Ubis effigiem, quam edidit *Franc. Hogenbergius Coloniae*, 1587.
Gerardus Mercator Rupelundanus, (nostri saeculi Ptolemeus) Palaestina, sive Terræsanctæ: item Flandriae, Lovanii. Postea Europae; deinde Orbis universi ad usum navigantium accommodatæ tabulam, Duisburgi edidit. Excudit quoque Britannicarum Insularum tabulam, ab alio quopiam descriptam. Idem tabulas Ptolemaicas ad mentem Auctoris castigavit, & edidit *Duisburgi*, anno 1578. Plura Geographiae istidiosis non minus utilis, quam jucunda, ab eodem divulgata sunt fuerunt, quae omnia uno volumine concepit magnus ille Atlas, totius universi tabulas complectens, & describens opus immortalitate dignum. *Amsterdami typis Jodoci Hondii*.
Godefridus Malcopius Embritensis, Diocesis Monasterientis & Onaburgensis typum, *Embrice edidit per Remigium Hogenbergium*, 1568.
Georgius Amaseus, Fori Julii tabulam descripsit; quam ab auctore se habuisse, inquit *Leander in sua Italia*.
Guilielmus Postellus, Galliae typum, *Parisiis*, 1572. Idem universalem Orbis terrarum descriptionem ibidem excusam divulgavit.
Henricus Coqus Gorchomius, Hispaniae antiquae tabulam descripsit & edidit. *Salamancae*, 1581.
Henricus Rentzovius, Daniam descripsit, editam *Coloniae*, à *Franc. Hogenbergio*.
Henricus Zellius, Europam. *Nuremberga*. Item Prussia, *ibidem*.
Hermagoras Craß ab Obemburgo, edidit tabulam Peregrinationis D. Pauli. *Zagrabriae*, 1527. testis *Bibliotheca Gesneri*.
Hieronymus Bellarmus, Tusciam. *Romae*.
Hieronym. Bordon. Coricam insulam perlustravit, atque in tabulam redegit, quæ inscribitur Theatro Orteliano.
Hieronymus Chiazve, Americam descripsit. Idem Contingentum Hispanicum, quem in suo Theatro in lucem dedit Ortelius.
Hugonis Cusini, tabulam Comitatus Burgundiae ex manu scripto eui curavit.
Hunfredus Luyv Dembyamensis, Angliae regni tabulam, item Cambriae Corographiam; in Theatro suo idem Ortelius anno 1569. publicavit.
Joachimus Hopperus Frisiae antiquæ situm delineavit. In eodem Theatro, ad tabulam Frisiae Occidentalis.
Jacobus Castellus Pedemontanus, Orbis universalis typum, magna forma; eundem minori forma; item Africae, Hispaniae, Italiae, Siciliae, Corsicae, Hungariae, & Pedemontanae tabulas. *Venetiis & Roma*.
Jacobus à Davenria Brabantiae, Hollandiae, Geldriae, Frisiae, & Zelandiae tabulas descripsit, & edidit. *Mechliniae*.
Jacobus Homen Lusitanus, Europam navigatoriam descripsit: quæ edita fuit *Venetiis* 1569.
Jacobus Surhonius Montanus, Hannoniæ, Artesiam, & Lutzemburgum provincias descripsit, eaque in Theatro publicavit Ortelius.
Jacobus Ziglerus, Palaestina, Scandia, Aegypti, & Arabiae; libri forma, & in iis Commentaria. *Argentorati apud Petrum Opitionem*, 1532.
Joannes Andreas Valvorfius, Italiam. *Venetiis*.
Joannes Antonius Maginus, Bononienfis territorium descripsit, & edidit. Item Italiam totam in magnas Tabulas redegit, an. 1620.
Joannes Aventinus, Bavarie tabulam. *Landshuti an. 1533*.
Joannes Baptista Guiciardus, universi terrarum Orbis imaginem, maxima forma; quam Aquila biceps, alis expansis comprehendit. *Antverpia*, 1549.
Joannes Buccius Anicola, Europam, sub forma puellae. *Parisiis*, apud Christianum VVeckelium.
Joannes Calameus, Biturigum regionem. *Lugdani apud Gryppium*.
Joannes Crigingerus, Bohemiae, Misniae, Turingiae, & colateralium regionum tabulam. *Praga*, 1568.
Joannes Cuspinianus, Hungariam; quam Petrus Apianus G edidit, uti auctor est *VVolfangus Lazius* in sua Hungariae tabula.
Joannes Dominicus Methoneus, Europam. *Venetiis*, apud *Matthæum Pagannum*.
Joannes Dryander, Hassiam Cattorum regionem eam cum Theatro edidit idem Ortelius.
Joannes Fayanus medicus, Lemovicorum regionem descripsit, editam *Caesaroduni Turonum*, 1594.
Joan. Florian. Antverpianus, Frisiae Orientalis regionem delineavit: quam Ortelius publici juris olim fecit, 1679.
Joan. Georgius Septala Mediolanens. Ducatum Mediolanensem, & regiones vicinas. *Antverpia apud Hieronymum Cock*.
Joannes Hafelbergius à Reichnau, edidit Tabulam quam Expeditionis Turcicae titulo insignivit. Regiones nempe Europæ à Constantinopoli versus Occidentem, Viennam Austriæ usque. *Antverpiae*, apud *Joan. Liefrinck*.
Joan. à Horn. Germaniae inferioris tabulam. *Antverpia*.
Joannes Honterus, Tabulas Geographicas edidit libelli forma, sub titulo Rudimentorum Cosmographicorum. *Tiguri*, H apud *Christoph. Frobeniorum*.
Joan. Janisonius Bibliopola Amsterodamensis divulgavit an. 1619. Iconisimos præcipuarum Germaniae superioris Civitatum, Item tabulas Provinciarum & Civitatum Imperii, & Electoratus. Anno 1620. Amsterodami.
Joannes Jolivetus, Galliam. *Parisiis*, apud *Oliverium Truchetum*, 1560.
Joannes Mercator, G. F. Comitatum Mursensem delineavit, & edidit *Duisburgi*, 1591.
Joan. Melenger Halenti. Turingiae tabulam. *VVimarie*.
Joannes Pinadellus, descripsit agrum Tarvisinum, & loca adjacenta.
Joannes Portantius, Livoniae typum in Ortelii Theatro habebat.
Joannes Regnardus Forestius, descripsit Forestum, sive Sebustianorum regionem, ad pictoria potius quam geographica manu.
Joan. Scillius Antverpianus, descripsit & edidit Treverentem

Geometria.

Geometria.

Antem Episcopatum. Item Lotharingiam. Item Lutzemburgensis Ducatus partem, quam terram communem vulgo appellant: sed haec non edita.
Joannes Stumpfius, Helvetiae tabulas, in historiae Helveticae volumine Tiguri exculo, apud *Christoph. Frobeniorum*.
Joannes Sambucus Pannonius, Transylvaniae. *Vienne Austriae*, 1566. Item Hungariam, *ibid.* 1570. Forum Julii, & Illvricum, in Orteliano Theatro edita.
Joannes Schalbeter, Vallisiae provinciae tabellulam descripsit.
Joannes Surhonius, Veromanduorum regionem. *Antverpia*, apud *Christophorum Platimum*, 1558. Item Picardiam, atque Namurci, in Theatro Orteliano.
Joannes Temporarius, Bleicnse territorium, Galliae. *Cesarodani in Turonibus*, apud *Mauritium Boguerealdum*, 1592.
Jostas Muretus, Tigurinum territorium, editum est anno 1566. testis *Jacobus Anonivius*.
Jubilius Maurus, cosmographicam totius Sabinae tabulam descripsit: ut habet *And. Baccius lib. 5. de Vitis*.
Judocus Hondius, universalem, & Europae tabulam edidit. *Amsterdami in Bavaria*, 1595. Item speculum Britanniae: & auxit Atlantem Majorem Mercatoris.
Julius Jofolinus, Anariam insulam descripsit, *Roma editam*, 1586.
Justus Moers, Vvaldechensem Comitatum: Hassia provinciam partem descripsit. *Marpurgi*, 1575.
Laurentius Frisius, Chartam universalem Marinam (ut notant) alicubi in *Germania*.
Laurentius Michaelis à Hogenkirchen, Frisiam Orientalem in tabulam deduxit, edita est *Antverpia*, 1579. Item Oldemburgensem Comitatum; quem prodit Theatrum Abrah. Ortelii.
Lazarus Secretarius Cardinalis Strigonienfis, Hungariae typum primus descripsit; qui editus est *Ingolstadii per Apianum*, anno 1528.
Leander Albertus, Corficam, Siciliam, Sardiniam, in libro cui titulus est, De Insulis Italicis, *Venetiis impresso*, 1568.
Leonardus Thumeisser, Brandenburgensem Marcham, quæ nondum prodit.
Lævinus Algoet, Regionum Septentrionalium typum; apud Girardum de Lode, *Antverpia*.
Licinius Guyeus Andeg. Andegavensium regionem publicavit. *Parisiis*, anno 1573.
Livius Saurus, Africam aliquot tabulis descripsit, forma voluminis. *Venetiis apud Dominicum Zenarum*, 1588.
Lucas Arigarius, scriptis Speculum Navigatorium, Oceani Occidentalis. Volumen est; continens multas tabulas littorales. *Lugdani Batavorum*, apud *Christoph. Platimum*, 1584. Postea quoque Orientalis, apud *Cornelium Claesonium*, *Amstelredami*. Item Europae tabulam, qualem Matinam nominant; in qua omnes hujus oras maritimas accuratè depingit, ibidem per dictum *Classonium* 1589. divulgatam.
Ludovicus Georgius, Chinam regionem descripsit, quam Theatro suo publici juris fecit *Abr. Ortelius*.
Ludovicus Teixeira Lusitanus, Aiores insulas: item Japoniam insulam: in eodem Theatro.
Marcus Ambrosius Niffensis, Livoniam, vicinaeque regiones. *Antverpia*, sed nondum edita.
Marcus Jordanus, Holfatus Mathematicus, Daniae regni typum. *Hafniae*, apud *Joannem Finioverum*, 1552. Idem Holfatiae, Slesvig; &c. *Hamburgi*, apud *Joachimum Leonium*, 1559. Etyppum Cosmographicum itinerum D. Pauli, Abrahami Patriarchae, &c. *VVitemberga*, apud *Joannem Cratonem*, 1562. Idem Jutiae peninsulae tabulam conscripsit, cujus autographum apud *Abr. Ortelium* extat.
Marcus Seefnagel Salisburg. Ditionem Salisburgensem. *Salisburgi*.
Marcus Vellerus, nobilis Augustanus, Vendiciciae veteris delineationem eidem Ortelio dedit, in Rerum Augustarum suis Commentariis. 1594.
Martinus de Brion, Palaestinam. *Parisiis*; apud *Hieronymum Gormontium*.
Martinus Carol. Cresfeldt. Hujus Ilaiae Rheni fluminis ostii delineatuncula prostrat.
Martinus Helvvg Neiffensis, Silesiae tabulam, quæ *Nisse excusa est*, 1561.
Martinus Ylacomylus Friburgensis, Europam eam ali-

Geometria.

cubi in *Germania impressa* se habuisse Ortelius alibi E tradit.
Martinus Vvaldie Emuller, Universalem navigatoriam (quam Matinam vulgo appellant) in *Germania editam*. Puto hunc eundem esse cum Ylacomylo predicto.
Matthaeus Ogerius, descripsit regionem, & Comitatum de Las Maine, Galliae provinciam, impressam in urbe *Cenomanorum*, *ibid.* 1539.
Matthias Cinthus, Hungariam. *Nuremberga*, 1567.
Matthias Strubitz, Magnum ducatum Lithuaniae & Livoniae descripsit, exstat in *Cromeri Chronico edito Coloniae*.
Natalis Bonifacius, Aprutium Ultrioem in publicum dedit. *Roma* 1587.
Nicolaus à Cufa, Hujus Chartam Germaniae citat Althamerus.
Nicolaus Genus. Hujus tabula Regionum Septentrionalium habetur in Geographia Ptolemaei, à Girolamo Ruscelli in linguam Italianam versa; *excusa Venetiis apud Vincentium Valerisum*.
Nicolaus Germanus. Hujus Galliae Chartam citat Robertus F Conialis. Puto hunc eundem esse cum Nicola à Cufa.
Nicolaus Nicolaus Delphinus, Europam maritimam. *Antverpia apud Joannem Stelfum*. Idem Calei & Bononiae tabulam. *Parisiis*. Idem quoque Galliae Tabulam promittit: non prodit autem, morte preventus.
Nicolaus Roger, edidit Ptolemaei tabulas gemino schemate, veteri scilicet ac recentiori, ut testatur *Robertus Canalis in suo Galliae opere*.
Nicolaus Sophianus, Graeciae tabulam. *Roma*. Eadem postea divulgata fuit *Basilicae*, per *Oporinum*.
Orontius Fineus Delphinus, Galliae descriptionem & Orbis terrarum typum, sub forma cordis humani. Idem Tabulam Regionum, quantum in sacris Bibliis fit mentio. Omnia *Parisiis apud Hieronymum Gormontium*.
Olavus Magnus Gothus, Regionum Septentrionalium Tabulam. *Venetiis*.
Paulus Canius Genuensis, Neapolitani regni tabulam delineavit, editam *Neapoli*, 1582.
Paulus Fabricius Medicus, Moraviam. *Vienna Austriae*, 1570. Idem Austriae promittit.
Paulus Jovius, Latii lacus tabulam, cum libello. *Venetiis*.
Paulus Roverius, Tarvisinum agrum.
Petrus Apianus, Europam, Peregrinationem D. Pauli & Typum universalem, omnia *Ingolstadii*.
Petrus ab Aggere, Orbis terrarum Typum, Aquila comprehensum, *Mechliniae*.
Petrus Bertius Batavus, edidit Tabularum Geographicarum libros VIII. Item urbium præcipuarum Cosmographicam descriptionem. *Amsterdami Sumptibus Jodoci Hondii*, anno 1616. Item tabulas Ptolemaei in fol. apud eundem.
Petrus Boeckl, Thietmariorum Regniculam. *Antverpia apud Joannem Liefrinck*, 1559.
Petrus Coppers, Istriam. *Venetiis*.
Petrus Joannes Bomparsius, Provinciam Galliae regni sic dictam, publici juris fecit.
Petrus Kraerus Batavus, edidit nuper Belgium, multo quam ante hac, exactius & distinctius, cum & singula illius territoria & dominia elegantibus tabulis exprimat: quæ Petrus Montanus illustrat. *Amsterdami* 1622. H
Petrus Laiclain, Judæam perlustrans, ejus loca descripsit; quam descriptionem Christianus Schrot in Tabulam redegit. *Exstat Antverpia apud Hieronymum Cock*, 1570.
Petrus de Medina, Hispaniae Tabulam, Hispani, per *Joannem Gutierum*, 1560. at valde rudem.
Petrus Plancius, Orbis terrarum geographicam & hydrographicam tabulam descripsit, 1592. Idem particularis Galliae. *Amsterdami*.
Petrus Rogerius, Pictonum regionem, vicinorumque limitum, ut *Rupellarum*, *Santonum*, &c. *Parisiis apud Franciscum Desprez*.
Petrus Turcius, tabulam Burgundiae descripsit, ut legitur in Bibliotheca Gallica.
Philippus Appian, Bavariae tabulam. *Ingolstadii*, 1568.
Philippus Pigafetta Vinceninus, descripsit Africanam, editam *Romae*. Item Congo regnum, *ibid.* 1590.
Prosper Parisius Conlentinas, Magnae Graeciae, sive Calabriae topographiam dedit: *Romae* 1689. Idem *ibid.* Regni Neapolitani tabulam.
Pye

A Pyrus Ligorius Neapolitanus, Regni Neapolitani, item Græciæ, & Fori Julii tabulam. *Roma per Michaelum Tramezin.*
 Renatus Andegavenfis, Rex Sicilia & Neapolis, descripsit Andegavenfem Comitatum, & Provinciam Gallie regionis. *Teftis Francife. Crucemani in ſua Bibliotheca Galliea.*
 Rumoldus Mercator, Ger. F. Germaniam descripsit magna tabula: & edidit. *Dayburgi, 1590.*
 Sebaſtianus Cabotus Venetus, Univerſalem Tabulam, impreſſam aeneis formis, ſed ſine nomine loci, & impreſſionibus.

Sebaſtianus Munſterus, Baſilienſis territorium, item Germanie typum; Baſileæ, quem Tilemannus Stella emendavit & locupletavit. *Vvittenberge, apud Petrum Zeitz, 1567.*
 Sebaſtianus ad Rothenhan, Franconiam Orientalem. *Ingolſtadii anno 1543.*
 Sibrandus Leonis Leovardienſis, Tabulam Friſiæ Occidentalis, in Theatro Orteliano.
 Sigifmundus ab Herberſtein Moſcovizæ tabulam, in ejus Commentariis Baſileæ excuſis, apud Jonnem Operinum.

Sta. Por. depinxit Ducatum Otvieczmienſem, & Zatorienſem. *Venetis, 1563.*
 Stephanus Florentinus monachus Orientis, tabulam domini Florentini: & aliam Senenſis deſcripſit. *Roma, 1584.*
 Stephanus Ghebelinus, Comitatum Venetinum deſcripſit, Gallie Narbonenſis partem, in Gallia excuſus eſt.
 Steph. Tabourotius, Burgundiæ Ducatum, Gallie regionem depinxit, ſed nondum in lucem prodit.
 Steph. Kelenhofer, Campanie Gallie regiuncula tabulam, ſuppreſſo tamen ſuo nomine. *Antverpiæ.*

Thomas Germinus, Hiſpanicæ tabulam. *Londini.*
 Thomas Scephus, Ditionis & agri Bernatiur delineationem valde accuratam in publicum dedit, anno 1578. *Argentorati per Bernardinum Johinum.*
 Tilemannus Stella Sigonenſis, Paſteſinæ tabulas duas deſcripſit, quarum unam inſcripſit, Itinerarium Iſraelitarum ex Aegypto; alteram, Corographia regni Judææ & Iſraelis. *Vvittenberge.* Item Comitatum Manſveldienſem. *Colonie apud Franciſcum Hogenbergium.* Lutzenburgi item ditionem accuratiſſimè deſcripſit, nondum autem edidit. Idem promiſit abſolutiſſimam totius Germaniæ deſcriptionem; diem autem ſuum obiit poſtremum, priuſquam eam abſolviſſet.

Vincencius Corſulenſis, Hiſpaniam. *Venetis apud Matthæum Paganum.*
 Vvarmundus ab Ygel a Volderum deſcripſit & edidit tabulam Comitatus Tirolenſis.
 Vvenceslaus Grodecius, Poloniæ tabulam. *Baſilee, apud Operinum.*
 Vvivilhelmus Bernardi, nauclerus Amſterodamenſis, edidit ibidem tabulam trium navigationum Batavorum verſus partes Septentrionales.
 Vvolfgangus Lazius Hungariæ Corographiam; *Vienne.* Item Auſtriæ. *Nuremberga.* Idem Comitatum Tyrolenſem; Syriam, Iſtriam, & Carinthiam, ſingulis tabulis edidit. Item alteram Auſtriæ, ſua manu in ære caſatam. *Vienne.*
 Vvolfg. Regervil, Buchaviæ Regionis, ſive Fuldenſis diceceſis Corographiam delineavit & edidit. *Fvilde an. 1574.*
 Vvologangus Vviffeneurgius Baſilienſi Paſteſinam. *Argentorati apud Ribellium.*

D Yſaacus Franciſcus, Turonum Gallie regionis tabulam deſcripſit, quæ edita *Ceſaraduni 1592.*
 Edidit Petrus Bertinus Chriſtianiſſimi Regis Coſmographus libellum, quem Brevariolum totius Orbis intulit: eum, quia in exigua mole totius mundi continet deſcriptionem, placuit pro Lectoris utilitate hic adungere.

PETRI BERTII BREVARIUM TOTIUS ORBIS TERRARUM.

Orbis univerſus eſt nondum perſcognitus, nunquam tamen æquè luſtratus fuit, atque nunc eſt. Vetere enim Geographi Græci Latineque, & qui ab iſis ſum orbis didicere, Poeta, Oratores, Hiſtorici, eaſ tantùm terras deſcribere, quas norant, qualque judicabant eſſe habitabiles. Nos, multorum ſæculorum ac plurimorum hominum experientia edocti, multa ipſi proſitemur incognita: & quas illi orbis regiones crediderunt vel ob æſtum, vel ob frigora deſertas, eaſ nos multis incolis icimus. Partes ejus alii pauciores, ego ſex pono: Arclicam, Antarctiçam, Europam, Africam, Aſiam & Americam.

I. Ad Arclicam pertinent 1. Regio Subpolaris incognita; 2. E Groenlandia; 3. Spisbergia ſive Zieulan; 4. Islandia, quæ nunc ſubjecta eſt Daniæ & Norvegiæ Reg. 5. Nova Zemla, cum Mari Hyperboreo, & fretis duobus Vvaygaz, & Davis, quorum illud eſt Orientalius, hoc magis in occidentem vergit. Illo Batavi, hoc Angli ſerunt Aniam adlequi, & in Indiam penetrare, noſtra memoria, quamvis irritò hæcenus conati, aggreſſi ſunt. Nec deſunt, qui ſerunt Aniam omnino eſſe negent, terraque Aſiæ & Americæ dicant eſſe continas, quos, quia experientie teſtimonia reſutare non poſſumus, quos relinquemus: illud contenti monuiſſe, Groenlandiam, quæ ad gradum lxxx. latitudinis accedit, graminà gignere herbaſque viuentes, à quibus & nomen accepit, quum Nova Zemla, quæ quatuor gradibus eſt Auſtralior, tota nuda fit & impalpua, ſortaque animalibus carnivoris.

II. Ad Antarcticam referendæ ſunt vaſtæ illæ regiones, quæ Polo Auſtrali ſubjectæ, longè latèque inde extenduntur per tres Zonas, Frigidam, Temperatam, & Torridam: commendabiles non tantum prædicatione Petri Ferdinandi de Quir Hiſpani, qui tractum illum magna parte ipſe luſtravit: ſed etiam cæli ſolique conſtitutione, terrarumque amplitudine; æquatur enim Europam & Africam ſimul iumpas.

III. Europam multò quàm Africâ aut Aſiâ contractior, jam inde à Macedonibus & Romanis ſedes Imperii fuit; poſt Chriſtum verò natum, domicilium quoque Orthodoxæ Fidei. Patet ab Auſtro in Boream ad cxxv. leucas majores. A freto autem Gaditano ad Tanaim, hoc eſt, ab Oceano in Ortum decet. Circumſcribitur Oceano Septentrionali, Atlantico, Mari Mediterraneo, Helleponto, Propontide, Boſphoro Thracio, Ponto Euxino, Boſphoro Cimmerico, Maotide, Tanai, & lineâ quæ à Tanais flexu porrigitur ad oſium fluminis Obii. In ea hodie dominantur varii. Inſitis Britannicæ regit Carolus, filius Jacobi Stuarti, qui primus Scotie regnum Angliæ regio junxit. Hiſpaniam tenet Philippus IV. Philippi III. filius, Philippi II. nepos, Caroli V. Imperatoris abſque. Gallia ſubjecta eſt Chriſtianiſſimo noſtro Regi Ludovico XIII. Henrici magni filio. Germania Imperatorem habet Ferdinandum Auſtriacum, cui uxore Eleonora Mantuana. Norvegia & Daniâ ſubjectæ ſunt Chriſtiano IV. Frederici F. Svediam habet Guſtavus Caroli F. qui pulſo ob religionem Catholicam Significum, Rege ac nepote ſuo, Joannis Regis filio, ipſe regnum invaſit, & filio ſuo Guſtavo reliquit. Poloniæ & Lithaniæ præſit Significum, quem Sveciæ regno à Carolo patruo exutum diximus. Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, & Slavonia Imperatori ſubſunt. Græciam, Thraciam, Bulgariam tenet Turcarum Imp. qui nunc eſt Sultan Amurath. Vicinioreſ Aſiæ partes habent Ruſſi & Tartari.

Religio per Europam alibi Catholica eſt, alibi Hæretica & Apoſtica. Catholica Eccleſiæ caput eſt Romæ, luſcelfor B. Petri, Urbanus VIII. pietatis & eruditionis decus, cuius inter primas laudes merito ponendum eſt, quod literis amorem ſtudiumque Francorum conjunxit, ſicut de Urbano III. loquitur Froiſſardus. Catholici cum eo ſunt, ejuſque, ut veri paſtori, vocem agnoſcunt. In Gallia, Rex noſter Chriſtianiſſimus, Filii Eccleſiæ primogenitus, quem iſcitò primo loco commemoro. In Germania, Ferdinandus Imp. In Hiſpania, Philippus Rex, qui etiam in cæteris ſuis ditionibus nullam Religionem præter Catholicam admittit. Sunt præter hæc Catholici omnes Italiæ Principes: adhuc, Duceſ Sabandiæ, Lotharingiæ, Bavariz, & Electores Imperii H. Eccleſiaſtici.

In Magna Britannia viget adhuc Calvinii ſecta, non quidem ad Puritanorum formulam, ſive eorum qui cum doctrinâ ritus quoque Eccleſiæ damnant: ſed ad normam eorum qui fidem habent Genueſium, ritus Catholicorum: multum tamen ſibi de præclara Regis Caroli indole pollicentur omnes boni: augetque ipſorum ſpem conjugium cum ſore Chriſtianiſſimi Regis noſtri, bonis avibus nuper contractum; ſperant enim voventque, & matris, & aviz, ſummarum Heroinarum, & uxoris divinis virtutibus, fideique ſingulari exemplo, ipſum quoque Regem ab infami errore per Chriſti gratiam in viam veritatis & vitæ revocandum eſſe, cum ſumma ſua gloria, egregio Regni ſui firmamento, & gaudio totius Eccleſiæ: deprehenſum eſt enim, ipſum hâc iudicem benigniſſimos Catholicos habere capieſſe. Sed noſtra hæc vota ſunt. In Scotia perique adhuc ad Puritanos magis accedunt. In Hibernia, ſi vim admas & minas, omnes Catholicos ſunt. In Daniâ, Sveciâ, Norvegiâ, Lutherani ſunt, ſed ſerpt danculium virus Calvinificum. In Polonia & Lithania Rex &

plerique Proceres cum Clero & inſinita manu nobilitum; aliorumque civium & ruſticorum turba ſunt Catholici; cæteræ religiones, ut ſunt, Lutheranæ, Calvinificæ, Ariana, ſanofatienſiana, Anabapiticæ, tolerantur & exerceruntur: ne ipſi quidem Judaici excederent. Bohemia habet Catholicos, ſed etiam Huſſitas, Vvaledenſes ſive Picardos, Lutheranos, Calvinitas, Judæos. Moravia præterea etiam Anabapitiſtas, quos ſuperioribus annis Imp. Eccleſiæ militantibus ſubvertit. In Belgia, ſive inferiore Germania, Provinciæ quæ Hiſpanorum Regi parent, ſunt omnes Catholice; quæ verò ab ipſo ceſſerunt, delato ad Ordinem ſtatum jure majellatis, mutantur quoque publicè religionem, eamque exceverunt, quæ à Catholica quam longiſſimè recedit. Viget ergo illic, pro hoc tempore, Calvinismus, & quidem ad formulam Gomariſtarum, damnatis nuper in Dordrechtano concillabulo Amnianiſtis, quorum miſtri etiam oppreſſi, & vel finibus ejecti, vel in carceres concluſi ſunt. Catholici tamen, Lutheranæ, Anabapitiſtæ, Ariani, ſanofatienſiani, Brunſita, ipſique adeo Judæi, ſub ſpecie libertatis tolerantur; ſed minus omnibus Catholicis. Veniunt enim, ne, ſi ſublato religionis diſſidio, præſentem illam & Catholicam publicè evēbant, paulatim videantur ad Hiſpaniarum Regem, cum quo implacabile odium exercere cupiant, accedere. In Helvetia Paſci quidam ſunt Catholici; ut Lucernenſis, Tigurienſis, Svitentis, Underwaltenſis, Solodurenſis, Friburgienſis, Urienſis; quidam Calvinifici, ut Tigurini, Bernenſis, Baſileenſis. Habent autem hoc proprium Calvinificæ, ut ſtatim, in quem itereperunt, evertant; neque ante conquieſcant, quàm ipſi ſerunt potiantur. Irriſiores, turbulenti, faſtioſi, diſputaces, ingrati, arrogantem ſuprà quàm dicere credi poſſent, hoſtes Catholicorum juratiſſimi, quique non tantum ipſi nihil conſerant ad repellendam imminenteſt Chriſtianoſum cervicibus Turcarum vim; ſed etiam motis inſtibus diſſidiis, bellisque, impediunt alios Reges id conantes, quia & opes viresque ipſorum à communi hoſte averſas in mutuam Chriſtianoſum perniciem concitant. Atque hos ipſi eſt reformare Eccleſiam. In Turcia ſunt Muhametiani & Græci Schiſmatici; quidam tamen etiam Catholici. In Ruſſia Græci, Armenii & Pagani.

Opes Principum ex anno ipſorum proventu æſtimantur. Francorum rex xxx. milliones auri creditur excedere. Hiſpaniarum Rex ex omnibus ſuis ditionibus non colligit ultra xix. milliones. Rex Magnæ Britanniæ, quatuor Poloniæ, treſtantidem Venetiarum Duc. Pontifex unum cum dimidio, Hæreticus duas, Sabaudum unum. Lotharingum dimidium ejus. Rex Daniæ eæ. millia coronatorum, Sveciæ tantumdem. In Germania Imperium conferri ſuo Imperatori ſex milliones auri: Valeat autem millia decies centena millia coronatorum.

Lingua per Europam præcipue ſunt tres: Romanifiſmus apud Italos, Gallos, Hiſpanos: Teutonifiſmus apud Helvetios, Germanos, Bavaros, Svecos, Norvegos, Danos, Anglos, & plerique Belgas: Slavoniſmus in Slavonia, Polonia, Bohemia, Hungaria. Habent autem ſingule regiones in ſua lingua diverſas iterum dialectos. In quibuſdam verò locis linguæ audiantur, atomica nullum eſt cum cæteris commercium, ut Britannia, Aſtorica, Navarra, &c.

Infule Britannicæ ſunt plures: Minores quidem Orcades xxx. & Hebrides xxiv. Majores verò due, Hiberniæ, & Albion, ſive Magna Britannia: juxta quas ſitæ ſunt infule, Mon, Angleſey, VECTIS, & Gallico littori appoſitæ, ſerſey, & Gervieſey; in quibus vocibus ultima ſyllaba *ey* infulam ſignificat.

Hibernia, *la Irlande*, veterum Scotia eſt. Lacum præcipuum habet Ermenſem, cui vicinum eſt Purgatorium Patritii. Fluvii ſunt plures, quorum quidem maximus Sannovius; nobilitatur tamen præ cæteris Avenliſius, ob Dublinum urbem Regiam & Archiepiſcopalem, cuiusmodi etiam ſunt Annachia, Caſſilia & Toam. Hi quatuor Archiepiſcopatus habent ſibi ſubjecti ſedes xxix. ſuffraganeæ.

Magna Britannia, cuius ſitum Ptolemæus inſeliciter deſcripſit dividitur in Scotiam, quæ Boream reſpicit; Angliam, quæ Auſtrum; & Walliam, quæ Occalum. Scotia, *l'Ecoſſe*, amnes habet Tinam, Ecam, Lerhum; Montem Grampium: Sylvan, Caledoniam: Lacum, Neſſum: Urbem Regiam, Edenburgam: Scholas, Andrepolim & Aberdoniam: Promontorium Boreale Oreas, *Dongis lute ad.*

Anglia, *l'Angleterre*, nomen traxit ab Anglis Saxoniſtis: fluvioſus famuloſus habet Tameſin, & Sabrinam, quarum illa Londinium aluit, Londres, urbem Regiam: hæc Glouceſtriam. Promontoria ſunt, Cantium, *Leni*, & Nerium;

Cornaille. Archiepiſcopi duo, Cantuarienſis, *Canterbury*, E & Eboracenſis *Tork*, ille eſt Primas regni, hæbecque ſuffraganeos xxii. Hietres duntaxat. Cambria ſive Vallia verſus Occalum porrigitur ad mare Hibernicum, ab eaſque Primiogenituli Regum dicuntur Principes Vallie. Portus verſus Orientem eſt Dubris, *Dawre*, ex adverſo Caſſii, verſus Occalum eſt *Plymouth*: ſunt & alii paſſim portus Santvvyck, Gravelend, Colceſter. Merces Britannicæ ſunt, Stannum, Lana, pannus, cereviſia; nam aurum argentumve exportare ſas non eſt. Lupos verò infula tota non habet.

Hiſpaniam, quæ avorum noſtrorum memoria cepit foris inclareſcere, quum antea vix ipſa ſibi adverſus incurſiones Penorum, Romanorum, Gothorum, Vandalorum, Saracencorum fuſſerit, Romani in Citeriorem & Ulteriorem dividere, quarum illa Tarraconenſis dicta fuit, hæc habuit Bæticam & Luſitaniam. Illam à Vandalis vocamus hodie Andaluſiam: hæc à portu Calæ Portuſalliam. Montes Pyrenæi Hiſpaniam ſeparant à Gallia: cætera ambit mare. Ad fauces fretu Gaditani, quod nos vocamus *(l'Eſtroit de Gibraltar)* eſt Calpe mons, quem Saraceni vocant *Gibal Tarris*, quaſi dicas, montem Tarrifici, reſpondetque ei in Africa Abyle mons, quem nunc vocant *Centam*. Montes iſtos dixerunt antiqui Columenſes eſſe Herculis, à quo & fretum iſpſum perſolam crediderunt. Flumina quæ in mare Ibericum exonerantur, ſunt, Tholobis, *Tarderat*: Rubricatus, *Lobrezat*: Iberus, *Hebro*: Durias, *Guadalquivir*: Suctro, *Xucar*: Terebus *Segara*: Tader, *Guadalenſis*. Nam in Oceanum inſtunt Betis, *Guadaquivir*: Anas, *Guadiana*, qui medio curſu mergitur, ac poſt decem leucas iterum erumpit: Tagus, *Tajo*: Munda, *Mondego*: Durias, *Duero*: Minius, *Mingo*. Regna Hiſpaniæ diviſa olim inter plures fuere; ac tunc quidem nemo erat illorum, quinon Franconum Regibus libenter adſurgeret, inque adverſis rebus iſorum ſalutarem opem imploraret: nunc omnibus illis regnis ad unum captum reductis, auctaque aliunde potentia, crevit cum fortuna animus, eoque tandem devenit, ut plura adhibe apparet. Regna hæc ſunt, Granata, cuius urbs primaria à Saracenis condita, idem nomen habet. Andaluſia, in qua eminent Hiſpalis, *Seville*, Nebriffa, *Corduba*, & *Jain*. Eſtremadura, in qua Pax Julia, *Badajoz*: Auguſta Emerita, *Merida*, ad Anam utraque. Murcia, in qua Carthago nova, *Cartagen*. Valentia, in qua urbes, Valentia, & *llice*, *Alicante*. Catalonia, in qua Dertofa, *Barcino*, *Tarraco*, *Emporie*. Aragonia, in qua Caſar Auguſta, *Saragoſa*, *Ilerda*, *Lerida*, *Urgel*, *Oſca*, *Hueſca*. Guſtipſica, in qua Toſola & Flaviobriga, *Fuentaravia*. Biſcaja, in qua Flavionavia, *Bilbao*. Aſtaria, in qua Oviedum. Galicia, in qua Compoſtella, *S. Iago*. Legio, quæ urbem habet ejuſdem nominis. Caſtellenova, in qua Toletum & Madridum. Caſtella vetus, in qua Salmantica & Valedolit. His acceſſere Navarre pars, in qua Pampelo, *Pampelume*, & Portugaſia, in qua urbes, Olyſippo, *Liſbone*, ad Tagum flumen, *Conymbriga*, *Conymbre*, Eboræ, *Evoora*. Algarbia, in qua *Silvis* & *Taſſila*. Inſulæ vicinæ Hiſpaniæ ſunt, in Oceano quidem Gades, *Gadiz*: in Mediterraneo verò, Gymneſiæ ſive Balæares, Majorica & Minorica, cum Ebyſo quæ nunc *Tuſica* dicitur: minores volens prætereo.

Titulus Regis ſic ſerè concipitur: Philippus Dei gratia Rex Caſtelle, Legionis, Aragoniæ, ſitruſſique Sicilia, Hieroſolyme, Portugallie, Navarre, Granate, Toleti, Valentie, Galicie, Majoricæ, & Minoricæ, Hiſpalis, Sardinie, Cordubæ, Corficæ, Murcie, Jaen, Algarbie, Algerie, Gibraltari, Inſularum Canariæ, Indiarum Orientalis & Occidentalis, Inſularum & Continentis Oceani. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotaringie, Brabantie, Limburgi, Lutzemburgi, Geldrie, Mediolani, &c. Comes Habſburgi, Flandriæ, Tirolis, Barcelonæ, Artheſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Zutphanæ, &c. Marchio Imperii, Dominus Bucarie, Friſiæ, Meſſiniæ, Trajecti, Tranſilvanie, Gruninge. Dominator in Aſiâ & in Africa.

Gallia, *la Gaule*, quæ & ante Romanos belli gloria per orbem clauit, & ſub Romanis perdidit Imperii ſedem Auguſta Trevitorum, Pyreneis, Oceano, Rienco, Alpiſus, & mari Mediterraneo clauditur. Hæc à Romanis in tria tributa ſunt in Citeriorem & Ulteriorem: illius pars Ciſalpine ſive Italica, ab habitu gentis vocata fuit Togata: Tranſalpina verò pars vicinior dicta fuit Provincia Narbonenſis, ſuppleque Braccata: Reliquam omnem Galliam quæ Comata appeſſabatur, diſiſit Caſar in partes tres, Aquitanicam, Celticam, quæ poſtea Lugdunenſis vocata eſt, & Belgicam; nam Provinciæ Nar-